



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata**

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In  
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus  
necessariis

**Cureau De Lachambre, Pierre**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

6. Lacta filium tuum, & paventem te faciet: Iude cum illo & contristabit te.  
Eccl. 30.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37935**

**N**on expecta usque dum tua prole  
committat magna crimina, ut cor-  
rigatur & reprehendatur : Malitia con-  
scit cum ætate, & usque ad eum tem-  
num & excessum pervenit, tibi castiga-  
tio non solum inutilis est, verum etiam  
periculosa.

Non expecta ut ejus parvæ inder-  
tiones ad sacrilegia perveniant, aut  
parvæ cholerae mutantur in furores,  
moliatur traditiones aut patriam.  
Castiga eum dum adhuc aliquid boni  
ris ex eo habere potes, & ille ex tua  
veritate aliquid utilitatis sumere. Ma-  
nam habe curam, ne alii eum punire  
causam habeant, quia hæc ipsa puni-  
esset interitus tui filii, perditio tui  
noris, ruina tuæ domus, & opprobri-  
tuæ posteritatis.

## REGULA SEXTA.

*Læta filium tuum, & parvum  
te faciet: Lude cum illo, &  
tristabit te. Eccl. 30.*



PARAPHRASIS.

Si filium tuum semper osculis & affabi-  
litatibus tractas, & continuas eum  
laete tractare usque ad aetatem quindecim  
aut sedecim annorum; pro laete tibi  
reddet fel, & tibi tantum timoris in-  
cuiet, quantum tu amoris erga eum  
habuisti.

Si ludis cum ipso, multum perdes in hoc  
lusu. Tua familiaritas recompensa-  
bitur cum aliquo vituperio, quod ti-  
bi mortem causabit.

REFLEXIO.

**I**nfantes ad eam aetatem attingunt, ubi  
nec laete amplius indigent nec affabi-  
litatibus, nec cachinnis, neque familia-  
ritate.

Semper oportet amorem ostendere,  
sed in tali aetate tui filii est cognoscere  
quod eum amas, nec opus est, ut ipsi  
hoc dicas. Habe tale silentium, quod  
omnia exequitur, ipsum corrigat, quan-  
do errat, & ipsum laudet, dum bene  
operatur.

Non intermitte ipsum laudare aut cor-  
rigere; sed ita age, si est possibile, ut eum  
nec

I 2



nec laudes, nec corrigas, quam per oculos.

Quoniam oportet, ut tua praesentia tua tristitia sit ipsius supplicium; Si bene fecit, latetur de tua praesentia, & hoc pro sua remuneratione accipiat: Approbata id quod fecit, sed ut haec approbatio si est possibile, sit muta, vel saltem non multiloqua, & ut tua declaratio, quam ipsi desuper facies, non multum differat ab ipso silentio.

### REGULA SEPTIMA.

*Ne corrideas illi, nec doleas: & novissimo dentes tui obstupescant. Eccl. 30.*

### PARAPHRASIS.

*Non rideas cum tua prole, si non videri rare: si non continuo ferrum habueris in manibus ad abscindendos ramos: & id quod ipsi nocivum est, carpent maros fructus, quibus dentes obstupescant, & in tuis ultimis diebus dolores causabunt.*

REFL